



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Adulterium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

cap. indemnitatibus, de elect. lib. 6. sed potest Episcopus dispensare, ut sit Abbatissa solum, licet non sit virgo, gloss. ibi.

Secundò, electio Officialium monasteriorum ad quem spectat?

Respondetur ex Sac. Cong. *decl. 55. in meis*, ubi censuit in hæc verba: *Electio Officialium, qui administraturi sunt bona monasteriorum, spectat ad superiores monasterij, & idèd licet Episcopus sit ejus superior, ipsi Officialiales eligere possunt.*

Tertiò, an Officialiales monasteriorum teneantur conservare bona, introitus, & census ipsorum monasteriorum intus dicta monasteria?

Respondetur ex sac. Cong. *decl. 56. in hæc verba: Officialiales electi pro administratione bonorum monasterij à superioribus ejusdem, possunt, prout ipsis magis expedire videbitur, redditus ipsorum monasteriorum in loco convenienti, etiam extra monasterium, conservare, & ab eisdem subministrare pro tempore necessaria ipsis monialibus.*

Quartò, quia dictum est *in ver. Abbatissa, §. p. 7. de quietatione facta ab Abbatissa procuratori monasterij, &c.* nunc adde, quòd quietatio Generalis illius non extenditur ad res occultas dolo, prout præsumitur in rebus mobilibus, *l. tres fratres, ff. de pactis, Jason. in l. sub prætextu, nu. 2. vers. ego puto, de transact.*

ADULTERIUM.

PRimò, conjugum alter committens adulterium perdit jus exigendi,

etiamsi sit occultum, & sit facta sit separatio, sive divortium, propter alterius adulterium probatum in foro exteriori, sit compensatio per alterius commissum in foro Dei, *Nav. in cons. 1. de divort.*

Secundò, an uxor, quæ scit, vel per evidentiam, vel per conjecturas vium adulterasse, possit tuta conscientia separari ab illo, etiamsi hoc non potest probari in foro exteriori?

Respondetur, quòd sic, prout dixi *in Pract. meæ pœnit. c. 22. q. 21. & habebitur in verb. divortium, & Covar. inferius, n. 2. & in primo casu uxor non solum perdit dotem, sed paraphernalia, & arthas. Covar. de spons. 2. p. c. 7. §. 6. nu. 3. & adulter laicus potest etiam puniri à judice ecclesiastico, ut notat Covar. loc cit. §. 7. n. 20. in ult. quod probat ex communi.*

Tertiò, adulterium an probetur commissum una die, vel in uno loco per unum testem, & per alium testem, probatur in alio loco, vel tempore?

Respondetur, quòd non, *Cap. Tolo. Ios quest. 209. sed quando testes concordant in facto principali, & discordant in aliquibus circumstantiis, vide ibi Addit. in verb. contrarium. vide Azon. in Sum. lib. 9. ad legem Iuliam, de adult. Diaz. pract. crim. canon. c. 49. Covar. de spons. 2. par. c. 7. & 6.*

ADVOCATUS.

PRimò, an Clericus in minoribus possit esse Advocatus in casu criminali?

B 3

Re-